



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De irregularitate ex defectu saramenti & Bigamia c. 65. 66. 67. & 68.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

hue reducendi Neophiti, qui nuper ad fidem venerant: & illiterati, ac penitus ignari, qui omnes irregularares habentur, & in his irregularitatibus dispensat Papa solus.

*De Irregularitate ex defectu sacramenti, & Bigamia. Cap.*

65. 66. 67. & 68.

**B**igamia est nuptiarum multiplicatio, & est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria. Vera dicitur cum quis successione plures, & legitimas duxit uxores, & cum eis habuit copulam vnam ante Baptismum, & alteram post duxerit. Interpretativa est duplex, una quae simpliciter dicitur, cum ex parte viri non fuerint plures nuptiae, sed duxit viduam ab alio corruptam, aut propriam post adulterium ab ea admissum & vel attentauit plu-

res nuptias. Altera ex iuris fictio-  
ne, cum nempe non est verum  
matrimonium, sed ius fingit illud  
esse: ut cum quis bis contraxit, se-  
mel validè, & semel inualidè: ut  
si laicus secundas celebreret nuptias,  
prima, & legitima viuente uxo-  
re, vel quando habens votum  
solemne castitatis de facto con-  
traxit, etiam cum virgine, & con-  
summavit: quæ bigamia dicitur si  
militudinaria seu facta, quia primo  
cum Deo spiritualiter, deinde cum  
homine corporaliter contraxit.

Omnis autem irregularitas ex bi-  
gamia, sive cum peccato, sive sine  
peccato sit, ex defectu sacramenti  
seu significationis illius censetur;  
nam matrimonium est signum v-  
niorum Christi cum Ecclesia, quæ  
est unius cum una: Bigamia vero  
cum pluribus. Papa potest dispen-  
sare cum quolibet bigamo ad om-  
nes ordines, & dignitates, quia  
Bigamia est de iure positivo: Epi-

scopus autem, non potest cum Bigamo vero, neque cum interpretatio ad maiores ordines dispensare, ut eas suscipiat, vel in susceptis ministret sed neque ad primam Tonsuram, potest autem cum bigamo facto post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem, prius uxore dimissa: ut si sacerdos vel Diaconus aut religiosus professus, uxorem duxisset nā uxore dimissa post longam pœnitentiam Episcopus dispensare poterit ut in ordinibus susceptis ministrent & ad alios promoueatur.

De Irregularitate ex delicto heresis Baptismi & ordinis. Cap.

69.70.71.72.73. & 74.

**O**mnes hæretici in hæresim exterius lapsi, & in ea mortui, & eorum fautores, credentes, defensores, & horum filii etiam illegitimi, & nepotes ex linea